

www.e-rara.ch

Problemata medica

Parman, Nicolaus

Basileae, [1618]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-17951>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PROBLEMAT A
MEDICA.

Qua

TRINUNO FAVENTE
NUMINE

*Permissu & autoritate Amplif-
simorum Inclytæ Facultatis
Medicæ in Illustri Basi-
leensium Academiâ
Procerum*

Pro summis in Arte Medicâ Hono-
ribus ac Privilegiis Docto-
ralibus

*Publicè examinandas pro-
ponit*

NICOLAUS PARMAN
Pragensis Bohemus.

Ad diem 8. Iunii, Anno 1618. Horâ locoq; solitis.

BASILEÆ,
Typis JOAN. JACOBI GENATHI,
Acad. Typographi.



T I B I

O D E V S T E R O P T : M A X :

P A T E R S A N C T I S S I M E

Pro inenarrabilibus tuis in me universo
vitæ meæ tempore collatis
beneficiis

Hosce, quantuloscunq; benedictione tuâ
largissimâ acquisitos studiorum
meorum fructus,
ut & me, meaqué omnia
offero, dico, voveo.

Tu, ut inexhaustâ bonitate, à primis statim
unguiculis pupillum educare, fovere,
tueri fuisti dignatus:

ita & nunc H O N O R I B U S ,
ad quos
per Gratiam tuam immensam
evehor

favere, præesse,
omnibusque cœptis ac conatibus meis
ad Nominis tui laudem & gloriam,
proximi que mei salutem
benedicere velis.

A M E N .



ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΚΑ.

I.

TEMPERAMENTUM ad Pondus est, quod æquali quatuor primorū corporū qualitatumq; mixtione cōstat.

II.

Quicumque benè sanus vitæ suæ tempora transegit, hunc in quibusdam partibus ad pondus temperatū fuisse necesse est.

III.

Temperies verò ad justitiam temperata ut plurimum spacio inter Pubertatem & Adolescentiam medio contingit.

IV.

Cutis manūs hominis benè temperati, ut inter alias partes ad pondus est temperata maximè: ita reliquorū omnium temperamentorum est norma & critirium.

V.

Hippocr: *lib: de Salub: Dietâ t. 7.* rectissime senes humidâ frigidaque intemperie præditos esse statuit.

ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΑ.

I.

Omnis morbus est qualitas permanens.

II.

Vt autem qualitates quædam sunt manifestæ, quædam occultæ: ita morbi occulti alii erunt, alii manifesti.

III.

Hi partium temperiem ex qualitatibus sensui notis constantem vitiant.

IV.

Illi substantiam earundem, formamq; particularem occultâ quâdam & malignâ ~~αὐτῆς~~ impugnant ac destruunt: hinc totius substantiæ morbi appellantur.

V.

Dari tales morbos, tum causæ illorum efficientes, tum læsionis modus, tum denique curatio ipsa ostendunt.

ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΑ.

I.

Crisis est humoris morbifici à naturâ repente facta excretio.

II. Hæc

I I.

Hæc quadrifariam existit: Aut enim statim vindicantur à morbis ægri, aut magnā obtinent in melius mutationem, aut statim moriuntur, aut multò deteriores evadunt.

I I I.

Estq; vel Critica, quæ fit victoriâ naturæ, materiam morbigificam subito expellentis: vel Symptomatica, quæ morbi violentiâ, naturam ad excretionem irritantis, contingit.

I V.

Competit autem non nisi acutis, & qui celeriter sua tempora percurrunt, morbis.

V.

Etsi verò quovis morbi tempore crisis fieri possit: optima tamen illa est, quæ in ipso vigoris fine, coctione jam perfectâ præsentē, accidit.

Y Γ I E I N A.

Vini potionem juvenibus non magis quàm pueris convenire statuimus.

I I.

Hoc enim calidam siccamque ipsorum temperiem adauget, cum in pueris unius saltem qualitatis excessum promoveat.

I I I.

Senibus verò non solum maximè prodesse, sed vitam etiam ipsorum quodammodò prorogare arbitramur.

I V.

Somnus quoque iisdem adeò conducit, ut nihil ferè aliud æquè senectutis siccitatem, deperditamque in ipsis humidam substantiam magis reparet ac emolliat.

V.

Neque tamen tritus ille versiculus,

Dormiture latus dextrum preme, manè sinistrum,
probari posse videtur; cum (sic ab Excellentissimo Viro D. D. Casparo Bauhino, Dn. Preceptore nostro venerando, edocti) contrariam potiùs decubitûs rationē convenientiorem videamus.

ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΑ.

I.

Purgatio est cacochymia ultra primas
vias

vias existentis per medicamenta cathartica
evacuatio.

I I.

Perficitur hæc non à partium expultrice irritatâ, sed ipsorum purgantium vi attractrice.

I I I.

Facultas autem illa medicamentorum attractrix non à manifestis ipsorum qualitatibus, sed occultâ quâdam substantiæ proprietate ac similitudine procedit.

I V.

Hinc fit, ut non quosvis, sed certos ac determinatos expurgent humores.

V.

Neque tamen manifestæ illorum qualitates sunt otiosæ: sed tùm venarum oscula referando, tùm virtutem expultricem irritando occultis ancillantur.

Τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα.



AD



AD

PRAESTANTISSIMUM ET
Doctissimum

D. NICOLAUM PARMAN,
pro gradu Doctoratus
disputantem.

MUSA tuam magno stimulat conamine Mentem
O PARMAN Medici Suavis Ocelle chori!
Quareve dum Laudem contendis Apollinis Arte:
Invenis hanc Genii dexteritate tui.
Quam BASILEA tibi sacro confirmat honore,
Exornat MEDICA tempora quando Dasne.
Vive vireq; diu tanto ditatus honore,
Aegrotis latam fer generosus opem.

A. E.

FRID. TSCHIRNESIUS Gorlic.
Lufatus.

